Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36520
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Suadet quietem linquere
Iam iamq: uenturo die.
Vt cum coruscis flatibus
Aurora celum sparserit.
Omnes labore exercitos
Confirmet adspem luminis.
Hic somnus ad tempus datus
Est forma mortis perpetis.
Peccata ceu nox horrida
Cogunt iacere ac stertere.
Sed uox ab alto culmine
Xpi docentis premonet.
Ad ee iam lucem ppe.
Ne mens sopori seruiat.
Ne somnus usq: ad terminos
Ytre socordis obprimat.
Pectus sepulti crimine
Et lucis oblitum sue.
Ferunt uagantes demonas
Letos tenebris noctium.
Gallo canente exterritos.
Sparsim timere ee cedere.
Inuisa nam uicinitas
Lucis. salutis. numinis.
Rupto tenebrarum stru
Noctis fugat satellites.
Hoc ee signum prescii
Norunt remisse fidei spei.
Qua nos soporis liberi.
Speramus aduentum di.
Que uis sit huius altis.
Saluator ostendit petro.

Ter ante quam gallus canat
Sese negandum predicans.
Fit namq: peccatum prius
Quam preco lucis prime
Illustret humanu genus.
Finemq: peccandi ferat.
Fleuit negator deniq:
Exore plapsum nefas.
Cum mens maneret innocens.
Animusq: seruaret fidem.
Nec tale quicqua postea
Lingua loquutus lubrica e.
Cantuq: galli cognito.
Peccare iustus desinit.
Inde e qd omis credimus.
Illo quietis tempore
Quo gallus exultans canit.
Xpm rediisse e inferis.
Tunc mortis obpressus uigor.
Tunc lex subacta e tartari.
Tunc uis diei fortior
Noctem cogit cedere.
Iam iam quiescant impba
Iam culpa furua obdormiat.
Iam nox letalis suum
Perpessa somnu marceat.
Vigil uicissim spe
Quod cumq: restat tepori
Dum meta noctis claudtur
Stans ac laborans excubet.
Iam clamus uocibus
Flentes precantes sobrie